

## Mythologia, Padoue, 1616 - 84 : L'Océan

Auteur(s) : Ferroverde, Filippo (graveur)

Collection Série C - 1615. Filippo Ferroverde, Nove Imagini degli dei (Padoue)

[Nove Imagini, Padoue, 1615 - Annot. 17 : L'Océan](#)

a pour reproduction ce document

### Informations sur la notice

Auteurs de la notice Équipe Mythologia

### Présentation du document

Publication *Mythologiae, siue, Explicationis fabularum libri decem*, Patavii, Apud Petrum paulum Tozzium, ex typographeo Laurentij Pasquati, 1616

Exemplaire HathiTrust : Getty Research Institute -

<https://catalog.hathitrust.org/Record/100240830>

Formatin-4

Pagination p. 427

Notice créée par [Maria Laura Cucciniello](#) Notice créée le 11/09/2023 Dernière modification le 11/04/2024

---





rum motus qui non celo, sed terram moveri arbitrabantur, ut assertit Prolemeus & Aristoteles. libr. 3. cœli, neminem ac flum: etiam moveantur, & vniuersa aquarum moles, apparet recte dubitare posuisse. Est enim nouissimus Oceanus, quam fluviorum perpetuus motus, cum modo affluat, modo refluat: quod fieri ad Lunæ cursum nonnulli arbitrantur. ita ut cum Luna ascendit ab Oceano donec ad medium cœli veniat, affluant aquæ, refluantque cum descendit. Atque hic motus non semper sibi est similis: magis enim refluit in plenilunio cum in nouilunio vix sentiatur, & cum cœlum serenum fuerit. motus etiam augetur, ita ut humiliores aquæ relinquantur. Ad hanc rem nonnihil conferunt etiam coniunctiones & oppositiones reliquorum planetarum, & quibusdam anni temporibus in etiâ magis sit, maiorq: varietas in his moribus existit, quippe cū circa tropi cū cœli augeatur accessus, & recessus, minorque fiat ad tempus usque æquinoctii, ac ruras crescat ad hybernum tropicum, & ab eo ad verum æquinoctium minuitur. Augetur istud etiam vi eorum signorum, in quibus Luna fuerit in suis mutationibus. nam in placidioribus æqualiores sunt motus, in vehementioribus magis inæquales, quod etiam vis imbrum auget, ac impetus ventorum. Hec tanta causatum varietas fecit, ut nulla certa ratio horum

motuum aquarum asserri vel à peritissimis nautigantibus possit. Est autem Oceanus vniuersa illa aquarum moles que terram vndique circundat: nam quocunque ad extrebas terræ oras quis accesserit, mare illi latissimum occurrit, quod ab Oriente quidem Eoium aut Indicum appellatur, ab occidente Atlanticum, ubi Hispaniam Mauritiamque distinguitur. Ad Septentrionem & ad oppositam huic regionem mare Poiticum & glaciale innenatur, & rubrum aut Aethiopicum. Multi sane nautigis ad extremam oram Oceanis penetrare conati sunt, multotumque dierum iter fecerunt, sed illis prius amona & res victui necessaria defecerunt, quam aquarum spacium, & navigabilis planties, ut testatur Strabo, & Rhianus in navigatione Hannonis Chartaginensis.

A T nunc queramus, cur hæc de Oceano ficta sint. Oceanum Cœli & Terræ filium crediderunt, quoniam ex informi materia cum prius natus fuisset amor, isque vniuersam mollem miscuisse, natum est Cœlum, & Mare, & Terra, & omne Deorum genus pupillavit, ut ait Aristophanes in Aulibus:

*πρότερον δέ τον γένος αθανάτων, πρίν ἔργος  
συνέμιζεν ἀτατα.*  
*Ευμηρούμενον δέ τέρπων ἐτέροις, γένετ' ἄρα  
τος, οὐκέτος τε,*

Hha 2 22.